

+

Illustrissime Vir.

78

Miraberis forsan, qua fronte ne dicam temeritate, ego uir externus ignotusq; te virum illustrissimum, grauioribusq; distentum negotijs, importune interpellare audeam; audeo, quia sic uult, sic iubet, Christophorus Centurionus filius tuus dilectissimus, mihi uero communi Religionis uinculo coniunctissimus frater. cuius praestans ingenium, morum adhuc uirtutumq; in eo eluescentium splendor, tantum in me ponderis habuerunt; ut cognito filio ad quasvis disciplinas capeendas aptissimo et non nisi ad magna nato, tanta quoq; indolis patrem cognoscere, perciperem. Audiui enim iam dudum, quantus Literatorum fautor sis, quam acri grauiq; iudicio polleas, ut literarum studia non tantum fouere et estimare, sed et eadem cum dignitate in Literatorum consortio sustinere posse uidearis. Quae animi decora et ornamenta, cum in filium minime uirtutis tuae degenerem, abunde transfuderis; oppido sane gausus sum aliquam me exinde tibi uir illustrissime in filio gratificandi occasionem natum esse; cum nihil antiquius habeam, quam exiguum illud sacrae quod Deus Opt. Max: pro infinita sua bonitate largiri dignatus est, similibus ingenijs, hoc est, filijs tuis, ea qua par est ingenuitate, affectu cordintimo, sinceritate uerba et candore prorsus germano prompto animo communicare; quod quidem notum meum tum maiorem effectum sortietur, cum hasce nec intusq; humanitatis beneuolentiaq; indices literas minime ingratis fuisse intellexero. Ceterum Orum uice deprecor, ut te tuamq; familiam illust. diu sospitem conferes.

Roma 27 Febr: 1648

Ill. Viri.

Seruus huius

Athanasius Kircherius
S. S. S.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

Main body of handwritten text, consisting of approximately 15 lines of cursive script. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side.

Handwritten text at the bottom of the page, likely a signature or footer.